

celsum ipsius verticem contingendo sive coronam imperii conferendo gessimus, sententiae prolatione, si^{b)} unanimi generalitati vestrae^{c)} videtur, et per manuum^{a)} subscriptionem etiam in praesenti ac venerabili synodo, sicut iam hortati sumus, iterato promulgemus^{d)} et roboremus.

Sancta synodus respondit^{b')}:

Placet et valde placet in omnibus vestra sacratissima^{c')} sectari vestigia, neque fas est, ut^{e)} a culmine apostolatus vestri in aliquo dissentiamus, quem videlicet ipse Christus dominus noster omnium nostrum ad vicem suam in terris esse voluit caput.

Tunc surgens summus pontifex sententiam protulit dicens:

Piissimi et serenissimi spiritualis^{d')} filii nostri Karoli magni et pacifici imperatoris ad imperialia scepra electionem et promotionem ante mundi quidem ordinem divinitus^{e')} ordinatam, nuper autem, id est praeterita nona indictione^{f)}, per ministerium nostrae mediocritatis exhibitam^{g)}, annuente Deo^{f')} extunc et nunc et in perpetuum firmam et stabilem decernimus permansuram^{h)}.

Responderunt omnes: Placet, placet.

Item^{h)}:

Si quis tantae rei divinitus actae proculdubioⁱ⁾ institutionem superbia aut avaritia vel certe aliquo pessimae^{k)} ambitionis instinctu perturbare aut violare temptaverit, cuiuscumque sit ordinis, dignitatis aut professionis, tamquam Dei^{g')} inimicus et ordinationi eius tyrannide sua^{h')}

b) *fehlt M.* c) *nostrae M.* d) *permulgemus R.* e) *aut R.* f) *nuper autem ... indictione fehlt M.* g) *nostrae ... exhibitam] nostrum M.* h) *Pontifex iterum M.* i) *tantae rei ... proculdubio] divinitus factam M.* k) *vel certe ... pessimae] aut aliquo M; pessimae fehlt Bi.*

a') *manum H.* b') *respondet P, Ba.* c') *serenissima P, Bi.* d') *spirituales H; spiritalis P, Bi, S.* e') *divinus Ba.* f') *Domino P, Bi.* g') *Domini P, Bi.* h') *saeva P, Bi, Ba.*

¹⁸⁾ Vgl. *Annales Bertiniani* zu 877 (*Rau* S. 252; *Grat u. a.* S. 214). — *Randvermerk in H:* „Haec Aimonius transcripsit in libr. 5 cap. 35 histor. Francor.“